Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697294-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697294-p0002-2

74

VIRO
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO
EXPERIENTISSIMO

DOMINO
IOHANNI FRIDERICO
KNICKERO

CYGN. MISN.

AMICO ET COLLEGAE

SVMMOS IN ARTE HONORES

A

GRATIOSO MEDICORVM LIPSIENSIVM ORDINE

DIE XIX. SEPT. ANNO MDCCXLIX.

ILLI

EX MERITO COLLATOS

FAVSTOS ESSE IVBET

QVAE

SVB PRAESIDIO

VIRI MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMI
EXPERIENTISSIMI

DOMINI

D. IOANNIS ERNESTI HEBENSTREIT

THERAP. PROF. PVBL.

FAC. MED. DEC. COLL. MAI. PRINC. COLLEG. ACAD. DEC.
APVD LIPSIENS. POLIAT.

SESE EXERCET

SCHOLA DISPVTATORIA.

LIPSIAE,
LITTERIS EISFELDIANIS.

74.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697294-p0003-8

Nunc Hygiaea veni, quae rectae lege diaetae
Mortales, placide vivere poſſe, doces.
Huc ades afflictae Tutrix Panacaea Salutis
Auxiliatrices, adproperate Deae.
Flora ſalutiferos flores innecte capillis
Fragrantesve Thymos Abrotanive comas
Tu quoque frugiferis adſis redimita corollis,
Innocui victus alma magiſtra, Ceres.
Nec procul hinc abſis calathis Pomona repletis
Nunc tuus eſt annus, nunc tua regna vigent.
Feſta dies agitur Philuri, dum Filius artis
Laurea confecto Serta labore capit.
Huic, qui vos coluit, qui veſtras thuribus aras
Luſtravit, fauſtum ſignificate diem.
Vos decet huic veſtro, pro cultu, munus, alumno
Mittere, ne pretio deſtituatur amor.

Quid non ingenuo, nec deficiente labore,
    Vt veſtras artes diſceret, ille tulit
Non, canis ut fugiens delibat flumina Nili,
    Ille ſuum forſan turpiter egit opus
Suxit apollineos fontes, quoscunque, ſub umbris
    Pliſſidos, irriguus dogmate fundit ager
Ille Sophis fuerat primum doctoribus uſus,
    His decet auſpiciis ars medicina coli.
Haec Phoebea fuit poſtquam Sapientia culta,
    Ars phoebea poteſt altera rite capi
Et veluti vaſtum ſecurus dividit aequor
    Navita, ſi puppim vela ſecunda trahunt.
Sic valet ingentes metiri lumine campos,
    Queis natura patet, qui ſatis ante ſapit.
His facibus Knickervs erat, cum diſceret, uſus
    Miraris Iuvenem nil latuiſſe diu?
Ille datas didicit leges queis corpora vivunt,
    Et, quibus illaeſis, vita beata manet
Ille per anfractus vaſorum corporis ivit
    Et cava rimatus viſcera, mente fuit
Illi dulce fuit cauſas didiciſſe nocentes
    Quae foris invadunt, quas cruor intus alit

Ille ſalutifero didicit medicamine cauſam

Pellere, ſi qua nocet, ſi qua nocere poteſt

Siſtere flammantes ſuccis frigentibus aeſtus

Aut robur membris ingenerare novum

Solvere praeſtructos apices ſalientis aortae

Ducere, ſi qua manent, ſtringere ſi qua fluunt.

Heu quanto didicit miracula tanta labore!

Heu quantum ſtudium, ſic ſapuiſſe, fuit!

Vidit eum placidos meditando fallere ſomnos

Sol oriens, viguit, ſole cadente, labor.

Velletisne Deae juvenem fraudare brabeo

Nec tam præclarum condecorare caput?

Iam video lites veſtras; Hygiaea coronas

Nectere purpureas et Panacaea cupit,

Tu quoque, Flora, tuum velles ornare colonum,

Fallor, an et partem diva Minerva cupit?

Iungite praeclaras operas, recteque merenti

Procurate Viro mitia fata, Deae!

Non illi deſit, qui jam pede limina mortis

Tangat, et ereptus munera larga ferat.

Vtque, ſoluturus numos poſt fata Charonti,

Vivens, ſoſtra dari, dulcius eſſe putet.

78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148

TA-JOL
K018
6017

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697294-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697294-p0008-6

74

VIRO
PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO
EXPERIENTISSIMO

DOMINO
IOHANNI FRIDERICO
KNICKERO

CYGN. MISN.

AM…

SVMMOS … HORES

GRATIOSO ME… …VM ORDINE

DIE…

EX M… …TOS

VIRI MAGN… …NTISSIMI

E…

D. IOANNIS … …ENSTREIT

FAC. MED. DEC. … G. ACAD. DEC.

SCH… …RIA.

LI… …IS.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-697294-p0009-5